



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 4. Conditiones Matrimonii inter Philippum Hispaniæ Principem, &  
Mariam Angliæ Reginam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

Oratoribus agentes totum negotium in Sæcul. XVI.  
duabus Sessionibus absolverunt. A. C. 1554.

## §. IV.

*Conditiones Matrimonii inter Philip-*  
*pum Hispaniæ Principem, &*  
*Mariam Angliæ Reginam.*

Porro pacta, quæ inter Reginæ, ac *Pallav.* l. 13.

Cæfaris Ministros firmabantur, erant *cap. 8. n. 6.*  
sequentia. I. Nuptiis, quamprimum *Burnet hist.*  
fieri poterit, inter Mariam, & Philip- *de Ref. l. 2.*  
pum contractis, ac perfectis, Philip- *tom. 2.*  
pus omnium uxoris suæ Regnorum, ac *Thu. l. 6.*

Provinciarum titulos, honores, ac præ-  
rogativas sibi assumat, sitque durante  
eorum connubio in negotiorum admi-  
nistratione socius, ita tamen, ut An-  
glici Regni privilegia, & consuetudi-  
nes serventur integræ, ac plena, & li-  
bera beneficiorum, gratiarum, necnon  
munerum distributio nonnisi Angliæ  
Nationis Viris facienda pene Reginam  
permaneat. Vicissim Philippus titulo,  
ac prærogativa Regis gaudeat, ejusque  
nomen unacum Reginæ nomine sigillis,  
nummis, & publicis diplomatibus ap-  
ponatur, ita tamen, ut etiam absque  
Mariti sui chirographo Reginæ scriptu-  
ra plenam vim, fidemque consequatur,  
nullusque ex Hispanis, vel ad Ministe-  
rium, vel aliud Aulæ officium admit-

A 5 tatur,

Sæc XVI. tatur: de cetero autem Reginæ iidem,  
A.C. 1554. qui regi competunt, tituli adscriban-  
 tur.

II. Si Regina Philippo vita super-  
 ftes fuerit, donationis nomine sexaginta  
 librarum millia pro annua pensione ex  
 omnibus hujus Principis bonis hæreditati-  
 tariis assignentur, ita, ut ab Hispaniæ,  
 & Arragoniæ Regnis quadraginta, vi-  
 ginti vero librarum sterlingicarum mil-  
 lia a Flandriæ, Hanoniæ, & Hollandiæ  
 Provinciis pendantur. Burnetus hanc  
 annuorum reddituum pensionem extol-  
 lit ad octingenta librarum Gallicarum  
 millia, ita, ut ex illis quingenta quin-  
 quaginta in Hispania, & ducenta quin-  
 quaginta millia in Belgio solvantur, ac  
 Philippo e vivis excedente Regina hac  
 pensione eo jure fruatur, quo olim Mar-  
 garita Eboracensis Eduardi IV. Soror,  
 ac Caroli Burgundiæ Ducis Vidua gau-  
 debat.

III. Ut litibus, ac dissidiis hanc ob-  
 rem orituris obviam iratur, conventum  
 est, ut in dividenda hæreditate, qui-  
 cunque masculus ex hoc matrimonio  
 nascetur, in omnia regna, ac dominia  
 Reginæ, nec non in omnes Belgii, &  
 Burgundiæ, quos Cæsar possidet, prin-  
 cipatus succedat; Carolus vero natu ma-  
 jor Philippi ex priori matrimonio Filius  
 vicissim in cætera cuncta tam Patris,  
 quam

quam aviæ, & Cæsaris avi, necnon in Sæcul. XVI.  
omnia Hispaniæ, Neapolis, & Siciliæ A.C. 1554.  
Regna, & in Mediolanensem Du-  
catum, ceteraque omnia bona, ac di-  
tiones in Longobardia, vel in Italia si-  
tas succedat: Si vero idem Carolus mo-  
rereretur, vel sine liberis decederet, tunc  
primus, qui ex Philippo, & Maria na-  
scetur, filius in omnia hæc jura, ac  
imperia succedat, ita, ut is Burgundiam,  
& Belgium aquirat: inde vero non so-  
lum Carolus Archidux, sed etiam Phi-  
lippi, & Mariæ proles ab Hispania, &  
Italia excludantur.

IV. Natu minores, vel filiæ, quæ  
ex Mariæ, & Philippi connubio susci-  
pientur, suam quisque partem hæredi-  
tarium in Anglia habebunt, quin tamen  
propterea impediatur, quo minus Phi-  
lippus eorum Pater, vel Cæsar illorum  
Avus, si velint, eis quædam loca in Bel-  
gio, vel Burgundia assignare posset:  
Si vero ex hoc matrimonio non nisi fœ-  
minæ sint procreandæ, tunc natu ma-  
jor in Burgundiam, & Belgium ex Ca-  
roli Archiducis Fratris consensu succe-  
dat, atque sibi Maritum vel in præfa-  
tis Provinciis, vel in ditionibus Reginæ  
Matris suæ natum feligat: si tamen  
hanc conditionem acceptare recusave-  
rit, vel illam adimplere neglexerit,  
Carolo sua in hasce Provincias jura in-  
tegra

**Sæcul. XVI.** tegra permaneant, ea tamen lege, ut  
A.C. 1554 Sorori suæ tam in Hispania, quām in  
 Belgio dotem juxta generis sui leges,  
 ac consuetudinem congruam assignare  
 teneatur.

V. Si contingat Carolum absque li-  
 beris decedere, tunc Philippi, & Ma-  
 riæ filius primogenitus, vel etiam Fi-  
 lia natu major defientibus masculis  
 tam in Hispaniam, Italiam, quam in  
 alias Provincias succedat: si tamen sit  
 Princeps, etiam ad omnia alia Regna,  
 & hæreditarias ditiones, quæ ad Ca-  
 roli Cæsaris imperium tam in Bur-  
 gundia, & Germania inferiori, quam  
 in aliis ditionibus spectant, ad eundem  
 jus devolvatur. Denique disertis ver-  
 bis præcipiebatur, ut proles, quæ in  
 Patris, ac Matris bona succendent,  
 in omnibus eventibus supra memoratis  
 integra servent jura, leges, consuetu-  
 dines, & privilegia ditionum, quæ ad  
 eas hæreditario jure transferentur, at-  
 que ejusmodi regiones, & Provincias  
 Viris indigenis administrandas commit-  
 tant.

### §. V.

*Hicce articulis per Reginam exhibitis  
 a Senatu quædam opposita.*

**H**icce articuli latino, Anglico, Bel-  
 gico, ac Hispano idiomate con-  
 scripti,